UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 9. Judicii acta in reos instructa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67332

Visual Library

ancillam conſpiratio ingens, qua Caſſoviæ cives Calviniani noctu cunctos præſidiarios Germanos jugulare decreverant: ipſis tamen a Cæſareo milite devictis, Caſſovia & Epereſium urbes validius Germano præſidio firmabantur: Hanc vero conjurationem conflabant Proteſtantes, eoquod urbis Gubernator Eccleſiam Cathedralem, quam hæretici Catholicis fervente Bozkaienſi tumultu anno hujus ſæculi quarto per vim eripuerat, eisdem reſtituiſſet.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

§. IX.

Judicii acta in reos inſtructa.

Proſtrata hunc in modum rebellione, plurimisque rebellibus in vincula conjectis, Serinius & Francipanius Neoſtadium ducti fuerunt, mox vero Imperator in ſeditionis Auctores judicii acta inſtrui juſſit: ut vero in cauſſæ diſcuſſione, & ferenda ſententia, ſumma æquitatis ratio haberetur, nec Proteſtantes non rebellionis, ſed ſectæ odio quicquam agi pro more ſuo criminarentur, hanc judicii formam Imperator præſcripſit: Hoc judicium nullo habito Religionis diſcrimine ex Aulico-Imperialis & Bellico-Aulici Senatus, necnon ex inferioris Auſtriæ Collegii duodecim Conſiliariis conſletur, horum

 fidei,

Sæc. XVII. A. C. 1670.

fidei, prudentiæ, integritati, ac ſe- tentiæ, Præſide Cancellario Baro de Hocher ſtandum erit, poſtea Cur Promotor reos ex juris præſcripto de concitatæ rebellionis & perduellion cauſſa accuſet; his vero pro ſui defen ſione primi nominis Jureconſulti attri buantur, ut obſtruerentur obtrecta tium voces, opes captivorum præ puum eorum crimen eſſe. Tunc de mum ad ſententiam procedatur, qua hi Judices ad extremum judicantis D Tribunal deferre, ſe poſſe teſtent arcano autem ſilentio ſententiam p mant, obſignatamque Cæſari per Pr fidem tradant, ulteriora ejusdem m data præſtolaturi. Prout juſſum er ita & factum: Annus autem pene i teger reis, inſtruendæ, agendæq cauſſæ conceſſus. Interim Cæſar co ponendæ Hungariæ rurſus comitia i dixit, in quibus tamen nil pacate act eoquod Proteſtantes continuo voc rarentur, non Cæſari ſed Ordin judicium captorum Comitum com tere, patriæ libertatem everti, & G manica præſidia oneri haud tolera eſſe: nimirum Proteſtantes in id un intenti erant, ut ſublato fræno imp graſſari, & Cæſarem, Catholicoſq opprimere poſſent.

§. I

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN